

poribus  
la esca a  
um Brit

e Cesaris  
de domi

quentes de  
imine sive

dies 10. Fuit  
isti via

elium sive  
acerdotes

dies 10. Fuit  
via Aure

umenti  
tti sacer

dies 12.  
Appia

um spon

ses 5 dies  
m, marty

Fuit tempore  
igenter a no

Fuit tempo  
hic regiones

us in integro

it tempore  
ria. Hic

bis levavit  
iusta locum

e aureo

dies 3. Fuit  
et sepultus

loco episco

Fuit tempo  
acstituit

ia tantum.

menzes 11  
lexio Calisti

nt. Hic

um aliis

hic pres

5. Fuit tem

nam ipse

moriam

4. Fuit tem

constituit

eliret, sine

res mani

29. Iulius natione Dalmata ex patre Laio sedit a. 11 m. 4 d. 15, fuit temporibus Carini et Procle-  
tiani, a quo et passus sepultus est in cimiterio Calisti. Hic constituit omnem ordinem in ecclesia  
sic ascendere, ut esset ostiarius, lector, exorcista, sequens subdiaconus, diaconus, presbyter et  
exinde episcopus ordinaretur, et regiones divisit diaconis.

30. Marcellinus natione Romanus ex patre Proiecto sedit a. 9 m. 2. d. 25, fuit tempore  
Diocletiani, a quo ad thurificandum diu coactus et post paucos dies penitentia ductus mar-  
tyrio passus est, sepultus in cubiculo via Salaria, quia sic ipse preceperat, quod usque  
hodie patet.

31. Marcellus natione Romanus ex patre Benedicto sedit a. 5 m. 6 d. 20, fuit tempore  
Maxentii, a quo et martyrio passus est, quia noluit sacrificare demoniis, sepultus in cimiterio Pris-  
cille via Salaria.

32. Eusebius natione Greco et medicus sedit a. 2 m. 1 d. 25, fuit tempore Constantii et se-  
pultus est in cimiterio Calisti. Huius tempore inventa est crux domini nostri Iesu Christi 5  
Nonas Maii.

33. Melciades natione Afer sedit a. 3 m. 7 d. 7, fuit tempore Constantii et sepultus est  
in cimiterio Calisti. Hic constituit nullatenus dominico die aut 5 feria ieiunandum. Hos  
enim dies pagani ieiunio vacabant. Et instituit sacras oblatas dirigi presbyteris, quia  
est fermentum.

34. Silverster primus natione Romanus ex patre Rufino sedit a. 23 m. 10 d. 12, fuit tempore  
Constantii et sepultus est in cimiterio Priscille via Salaria ab urbe militario primo. Hic con-  
stituit chrisma ab episcopo confici et privilegium episcopi, ut baptizatum consignet propter  
hereticam suasionem, ut baptizatum linat presbyter chrismate levatum de aqua propter  
mortis incertum, ut nullus laicus clerico crimen audeat inferre, ut diaconi dalmaticis  
in ecclesia utentes pallio lineo levas contendant, ut nullus clericus propter causam  
quamlibet introiret in curiam, neque ante iudicem cinctum causam diceret nisi  
in ecclesia, ut sacrificium altaris non in serico neque in panno tincto sed in  
lino terreno celebraretur, sicut corpus est Domini in sindone munda sepultum.

35. Marcus natione Romanus ex patre Prisco sedit a. 2 d. 8 m. 20, fuit tempore  
Constantii et sepultus est in cimiterio Paltri in via Ardeatina, in basilica quam  
ipse construxerat. Hic constituit, ut episcopus Officium consecratus pallio uteretur  
et episcopi Urbis palatio adhereret et ab eodem episcopo Urbis Romane ordina-  
retur.

36. Valerius natione Romanus ex patre Rustico sedit a. 11 m. 2 d. 6, fuit tempore Con-  
stantii et sepultus via Aurelia in cimiterio Palepodii, Arecio ab urbe militario. Hic  
constituit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in ecclesia  
noticiamque coram omnibus pro fide per notarios colligeret et ut omnia moni-  
menta per principium notariorum consilio celebrarentur sive ut cautionem  
vel extrumenta aut donationes vel commutationes vel traditiones aut  
testamenta vel allegationes aut manu missiones clerici in ecclesia post scri-  
pturam sanctum celebrarent.

37. Tiberius natione Romanus ex patre Augusto sedit a. 10 m. 7 d. 3, fuit tem-  
pore Constantii, a quo in exilium pulsus et post annos 3 revocatus, sepultus est  
in cimiterio Priscille. Hic ornavit sepulchrum sancte Agnes marmoribus.

38. Felix secundus natione Romanus ex patre Anastasio sedit a. 1 m. 3 d. 2,  
fuit tempore Constantii, a quo et capite plectitur, quia eum indicaret hereticum  
et ab Eusebio Nicomediense rebaptizatum, et sepultus est in basilica quam  
ipse presbyter construxerat via Aurelia, secundo ab Urbe militario.

39. Damasus natione Hispanus ex patre Antonio sedit a. 18 m. 2 d. 10, fuit tempore Valen-  
tiani et sepultus est via Ardeatina in basilica sua iuxta matrem et germanam suam.  
Hic fecit basilicam in catacumbis, ubi iacuerunt corpora apostolorum, et ut palam per omnes  
ecclesias die nocteque canerentur.

40. Siricius natione Romanus ex patre Tyburtio sedit a. 15 m. 11 d. 25, fuit tempore Theodosii.  
sepultus in cimiterio Priscille. Hic constituit manicheum redeuntem ad ecclesiam non communis-  
care nisi tantum ad mortem, ita tamen si religione monasterii dies vite sue teneretur, et hereti-  
cum sub manus impositione recipi, presente cuncta ecclesia, et ut presbyter non celebraret mis-  
sam in civitate nisi consecratam ab episcopo ipsius loci oblatam acciperet per singulas ebdoma-  
das, quae fermentum non inuenerunt.

41. Anastasius primus natione Romanus ex patre Maximo sedit a. 2 d. 27, sepultus in cimiterio  
suo aduersum Pileatum. Hic constituit, quotiens euangelia recitentur, non sedere sed curvos stare,  
et Transmarinam hominem in clericatum non suscipi, nisi quinque episcoporum designet Cyro-  
graphum.

6, Freno

et id cod. (legon-  
dum videtur ut)